

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio t
cum uariis

Ambiciosus promptus et feruidus ubi placere cognouerit, remissus et tepidus ubi putauerit displicere. Improbat mala, detestatur iniqua, sed alia cum aliis probat et improbat ut iudicetur ydoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut a singulis approbetur. Sed ecce, grauem intra se sustinet pugnam difficilemque conflictum! Dum iniquitas pulsat animum, ambicio continet manum et, quod illa suggerit, hec fieri non permittit. Collidunt ad inuicem mater et filia, iniquitas et ambicio; hec uendicat sibi publicum, illa secretum.

Innocencius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ambicio t] Ambicio x L²; displicere] displicere (*cor. sub lin.*) C; animum] animam P V¹ V² L¹ L²; Innocencius *om.* B C P V¹ V² L¹ L²; ibidem] idem P V¹ V² L¹